473

tum dignius est habere virtutes statim ab initio perfectas, quam illas postea acquirere; et aliquando Christus debuisset illis carere, quod dici non debet, nec etiam facile possumus assignare tempus quo fuerint acquisitae ejusmodi virtutes.

Dices supra acquisitae non fuerunt infusae Christo ab initio: ergo nec aliae virtutes. Tum perfectius est habere virtutes a se quam ab alio: ergo melius est ut Christus habuerit virtutes per proprium laborem, quam per infusionem. Respondeo ad 1 distinguo antecedens, quod si supra fuissent infusae ab initio, tunc illius agens toto tempore infantiae caruisset suo officio, et fuisset otiosus, secus in aliis virtutibus acquisitis infusis tamen, aliquo tempore fuisse otiosa. ad 2 dico, id verum esse caeteris paribus: at vero in Christo esset imperfectio diu carere ejusmodi virtutibus, si per se ipsum vellet illas acquirere; satis ergo est, illas habere ab initio, quam illas a se habere et aliquo tempore illis carere. ad 61

## Disputatio ultima

## De Scientia, potentia, impeccabilitate et Libertate Christi.

### Articulus I

### De Scientia et Potentia Christi.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII65/0949
gefördert durch Baden-Württemberg